Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1671
Quelle:
Copyright:

Combien que tousiours chanter J'oye
Je ne suis pas pourtant lasse
Mais iay sans fin ioye sur ioye
Et suis au laz damours lacee.

Icy fine le liure du laz damours. Nec illum, nec illius Autorem in magna ejusmodi Poematum farragine apud *Crucimanium* et *Verderium* reperi, nec Possessorem indicare queo, in cujus praefixo Scuto aureo Crux caerulea quatuor areas totidem Stellis crinitis rubris occupantibus.

DCCI.

R. 2074 Codex chartaceus germ. Sec. XIV. Folior. 246. f. per duas columnas bene exaratus, et rubricis distinctus complectitur Rhythmographi *Viennensis Poematia* CCXLV. Sacra, Moralia, Satyrica, Historica, quorum Index praemittitur. Nomen suum ita nobis commendatum voluit Vir ille, ut singula Poematia hoc versu concluserit: *Also sprach der Teychnaer.* Primam *Teichneri* hujus notitiam subfecit, ut puto, Eruditis *Gottschedius* cum in Grammatica sua germ. C. 1. de Prosodia, tum in suo Artium liberal. Lexidio pariter germ. p. 1542. Atque id quidem e Codice Biblioth. Ducal. *Gothanae*, quo continentur quaedam *Teichneriana* Ducibus *Saxoniae* a. 1497. dono missa ab *Augustino de Hammersteten* alio Phonasco *Austriaco*, qui etiam calculum suum ita adjecit:

Was der teychner hat gesetzt,
Das ist gut vnd vnuerletzt
In syben vnd auch in acht
Der Silleb zal wol gemacht.

Rite videlicet ab eo 7. vel 8. Syllabarum numerum observatum fuisse, puta metro trochaico et jambico, quo solo utitur. At vero trium prolixorum Poematum, quae refert *Gottschedius*, nullum in praesenti Codice; unde de foecunda *Teichneri* vena statuas. Quae nobis longissima sunt, vix ultra 6. columnas pertingunt. Et primum quidem de Spiritu S. ita orditur:

Vater son heliger gaist
Der sind drei, doch allermaist
Ist der heilig gaist ze loben,
Wie ez doch ist vnczerchloben,
Nur ain got, die namen drey.
Wie ein man volchomen sey
An gewalt an maisterschaft,
Ist er dann nicht tugenthaft,
So ist nicht ze loben dran,
Darvmb tut ein pider man
Guter dinch, daz man in preis,
Wann er gewaltig ist vnd weis,
Vnd ist darzu tugentreich,
Daz ist dann besonderleich
Wol ze loben vor den zwain,
Gewalt vnd weishait lobt man chlain,
Dez man nicht geniezzen mag.

Der